



Años.

que ejus, et loca in suam redigit potestatem. Aramundarus Saracenorum rex Constantinopolim venit, et cum sthemate (1) suo Tiberio principi cum donis Barbariæ occurrit: qui à Tiberio benigne exceptus (2), donis optimis exornatus (3) ad patriam abire permisus est.

576 Anno X. Justini Imp. qui est Leovigildi regis IIX an. Bandarius (4) gener Justiniani principis, in Italia (5) à Longobardis prælio vincitur; et non multo post inibi (6) vitæ finem accipit (7). Romanus filius Anagasti Patricii, Magister militiæ, gentis Suevorum regem vivum cæpit, quem cum suo thesauro, uxore, et filiis Constantinopolim adducit, et provinciam ejus in Romanorum dominium redigit.

576 Leovigildus Rex in Gallæciæ Suevorum fines conturbat, et a Rege Mirone per legatos rogatus, pacem eis pro parvo tempore tribuit. Slavini (8) in Thracia multas urbes Romanorum pervadunt, quas depopulatas vacuas reliquerunt. Abares littora maris captiose obsident, et navibus littora Thraciæ navigantibus satis infesti sunt.

Post Benedictum Romanæ Ecclesiæ Pelagius junior ordinatur episcopus; præest annis XI.

577 Anno XI. regni sui Justinus diem clausit extremum; et Tiberius singulare obtinuit imperium.

Romanorum LIIII. Tiberius regnat annis VI.

Anno ergo I. Imperii Tiberi, qui est Leovigildi IX. regni annus (9), Abares Thracia vastant, et Regiam urbem a muro longe (10) obsident.

Leovigildus Rex Orospedam ingreditur, et civitates atque castella ejusdem provinciae occupat, et suam provinciam facit: et non multo post inibi rustici

(1) T. schemate.

(2) T. susceptus.

(3) C. adornatus.

(4) C. Baudarius.

(5) Falta in Italia en los códices; pónelo el C.

(6) Así el C. y M.: falta en otros inibi.

(7) C. accepit.

(8) C. Selavihuni.

(9) Así el C.: otros Leovigildi annus IX.

(10) H. longo: otros longè.

Años.

rebellantes a Gothis opprimuntur, et post hæc integra a Gothis possidetur Orospeða.

578 Anno II. Tiberii Imp. qui est Leovigildi Regis an. X. Gennadius magister militum in Africa Mauros vastat. Gasmulem fortissimum regem, qui jam tres duces, superius nominatos Romani exercitus, interfecerat, bello superat, et ipsum regem gladio interficit.

Tiberius Mauricium excubitorum comitem magistrum Militiæ (1). Orientis instituit, et ad repugnandum Persis direxit. Romani contra Longobardos in Italia lacrymabile bellum gerunt.

Leovigildus rex extinctis undique tyrannis, et pervasoribus Hispaniæ superatis, sortitus requiem propriam cum plebe resedit, et civitatem in Celtiberia ex nomine filii condidit, quæ Reccopolis nuncupatur, quam miro opere, et mœnibus, et suburbanis adornans, privilegia populo novæ urbis instituit. Joannes presbiter ecclesiæ Emeritensis clarus habetur.

579 Anno III. Tiberii Imp. qui est Leovigildi regis (2) XI. annus, Abares a finibus Thraciæ pelluntur, et partes Greciæ, atque Pannoniæ occupant.

Leovigildus rex Hermenegildo filio suo filiam Sisberti regis Francorum in matrimonium (3) tradit, et provinciam partem ad regnandum tribuit. Leovigildo ergo quieta pace regnante adversariorum securitatem (4) domestica rixa conturbat. Nam eodem anno filius ejus Hermenegildus, factione Gosvinthæ (5) reginæ tyrannidem assumens in Hispali civitate rebellionem facta recluditur (6), et alias civitates, atque castella secum contra patrem rebellare fecit. Quæ causa in provincia Hispaniæ, tam Gothis, quam Romanis, majoris exitii, quam adversariorum infestatio fuit (7).

(1) T. Militum: otros militia.

(2) Así el C.: falta regis en otros.

(3) C. matrimonio.

(4) C. securitate: falta en Scal.

(5) Parece debe decir Inguntha, segun se previno en el tomo V, pág. 203.

(6) H. recludit: los demas recluditur.

(7) H. pone despues de fuit unos puntos que faltan en otros.



Años.

Novellus (1) Complutensis episcopus clarus habetur.

580 Anno IV. Tiberii, qui est Leovigildi XII. an. Mauricius magister militum Orientis contra Persas bellum movet, et repulsa Persarum multitudine, in Oriente hyemavit.

Leovigildus rex, in urbem Toletanam synodum episcoporum sectæ (2) arianæ congregat, et antiquam hæresim novello errore emendat, dicens: De Romana religione ad nostram Catholicam fidem venientes non debere baptizare, sed tantummodo per manus impositionem, et communionis perceptionem (3) abluere (4), et gloriam Patri per Filium in Spiritu Sancto dari (5). Per hanc ergo seductionem plurimi nostrorum cupiditate potius quam impulsione (6), in Arianum dogma declinant.

581 Anno V. Tiberii, qui est Leovigildi XIII. an. Longobardi in Italia regem sibi ex suo genere eligunt, vocabulo Antharich (7), cujus tempore et milites Romani omnino sunt cæsi, et terminos Italiæ Longobardi sibi occupant. Sclavinorum gens Illyricum et Thracias vastant.

Leovigildus rex partem Vasconiæ occupat, et civitatem quæ Victoriacum (8) nuncupatur, condidit.

Tiberius Imp. Mauricio (9) magistro militum Orientis filiam suam in conjugium (10), tradit.

582 Anno VI. Tiberii, qui est Leovigildi XIV. an. Tiberius vitæ terminum dedit, et Mauricius pro eo Romanorum imperator efficitur.

Romanorum LV. Mauricius regnat. annus XX.

Leovigildus rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit.

(1) H. Nonellus.

(2) M. Seccionis.

(3) Así M. el T. y otros præceptionem.

(4) Otros pollui, y al márgen abluí. V. la nota 4.

(5) Así el C. otros dare.

(6) H. y Scal. cupiditate potius impulsí. Los MSS.

impulsione. El T. añade quam, como le corresponde.

(7) T. Antarich.

(8) Véase la nota 3, núm. 18.

(9) El T. añade Mauricio, que falta en otros.

(10) M. in conjugem.

Años.

583 Anno ergo I. Muricii Imp. qui est Leovigildi Regis XV. an. Leovigildus rex civitatem Hispalensem congregato exercitu obsidet, et rebellem filium gravi obsidione concludit; in cuius solatio (1) Miro Suevorum rex ad expugnandam Hispalim advenit (2), ibique diem clausit extremum. Cui Eburicus filius in provincia Gallæciæ in regnum succedit. Interea Leovigildus rex supradictam civitatem nunc fame, nunc ferro, nun Bætis conclusione, omnino conturbat.

584 Anno II. Mauricii Imp. qui est Leovigildi XVI. an. Leovigildus muros Italiæ (3) antiquæ civitatis restaurat, quæ res maximum impedimentum Hispalensi populo exhibuit.

His diebus Andeca in Gallæcia Suevorum regnum cum tyrannide assumit, et Siseguntian (4) relictam Mironis regis in conjugium recipit. Eboricum regno privat, et monasterii monachum facit.

Leovigildus rex filio Hermenegildo ad rempublicam commigrante, Hispalim pugnando ingreditur, civitates et castella, quas filius occupaverat, cæpit, et non multo post memoratum filium in Cordubensi urbe comprehendit, et regno privatum in exilium Valentiam mittit.

Mauricius Imp. contra Longobardos, Francos per conductelam movet: quæ res utriusque genti non parva intulit damna.

Eutropius abbas monasterii Servitani, discipulis S. Donatís, clarus habetur.

585 Anno III. Mauricii, qui est Leovigildi XVII. an. Mauricius per duces bellum infert.

Leovigildus rex Gallæcias vastat. Andecanem (5) regem comprehensum regno privat: Suevorum gentem, thesaurum, et patriam, suam in potestatem redigit, et Gothorum provinciam facit. Hermenegildus in urbe Tarracoenensi a Sisberto interficitur. Franci Galiam Narbonensem occupare cupien-

(1) T. solatium.

(2) C. advenit: otros devenit.

(3) T. Italia.

(4) C. Sisegutiam.

(5) C. Andecanem: otros Andecaním.



Años.

tes cum exercitu ingressi: in quorum congressione Leovigildus rex (1) Reccaredum filium obviam mittens, et Francorum est ab eo exercitus repulsus, et provincia Galliae (2) ab eorum est infestatione liberata. Castra vero duo cum nimia hominum multitudine, unum pace, alterum bello occupat. Castrum vero quod Ugerno (3) vocatur, tutissimum valde in rapa Rhodani fluminis ponitur: quod Reccaredus Rex fortissima pugna aggressus obtinuit, et victor ad patrem, patriamque redit. Andeca vero regno privatus tondetur, et honore presbyteri (4) post regnum honoratur. Non dudum (5) quod in Eborico regis filio, rege suo fecerat, patitur, et exilio Pacensi urbe relegatur.

Malaricus (6) in Gallæcia tyrannidem assumens, quasi regnare vult: qui statim a ducibus Leovigildi oppressus, comprehenditur, et Leovigildo vinctus presentatur.

Leander Hispalensis ecclesiae episcopus clarus habetur.

Anno IIII. Mauricii Imp. qui est Leovigildi Regis XIII annus, Autharic (7) Longobardorum Rex cum Romanis congressione facta, superat, et caesa multitudine militum Romanorum, Italiae fines occupat.

Hoc anno Leovigildus rex diem clausit extremum, et filius ejus Reccaredus cum (8) tranquillitate regni ejus sumit sceptrum.

586 Anno V. Mauricii Imp. (9) Romanorum, qui est Reccaredi regis primus feliciter annus Mauricius Theodosium filium, ex filia Tiberii imperatoris natum, Caesarem facit. Pelagio juniore mortuo, Romanae Ecclesiae Gregorius in episcopatum succedit: praest ann. XV.

- (1) T. añade *Rex*.  
 (2) H. *Gallatiae*: Scal. *Gallæcia*: ambos al margen *Galliae*, como en el T.  
 (3) V. la nota 3. n. 19.  
 (4) C. *Presbyterii*.  
 (5) H. *dubium*. M. *dudum*.  
 (6) H. *Malaricus*.  
 (7) H. y Scal. *Anthane*. T. *Autharic*.  
 (8) C. y M. *cum*. H. *in*.  
 (9) C. *Principis*.

Años.

Romani per Francorum adjutorium Longobardos vastant, et provinciae Italiae partem in suam redigunt potestatem.

Sisbertus interfector Hermenegildi morte turpissima perimitur.

Reccaredus primo regni sui anno, mense X catholicus Deo juvante efficitur, et (1) sacerdotes sectae Arianæ sapienti colloquio aggressus, ratione (2) potius quam imperio converti ad Catholicam fidem facit, gentemque omnium Gothorum et Suevorum ad unitatem et pacem revocat Christianæ Ecclesiae: sectae arianæ gratia divina in dogmate veniunt christiano.

Desiderius Francorum dux. Ghotis satis infestus, a ducibus Reccaredi Regis superatur, et caesa Francorum multitudine in campo moritur.

Reccaredus rex aliena a prædecessoribus direpta, et fisco (3) sociata, placabiliter restituit. Ecclesiarum et monasteriorum conditor, et ditator efficitur.

587 Anno IV. Mauricii, qui est Reccaredi secundus annus, quidam ex Arianis, Sunna (4) episcopus, et Segga, cum quibusdam tyrannidem assumere cupientes, deteguntur: convicti, Sunna exilio traditur, et Segga manibus amputatis in Gallæciam exul transmittitur (5).

Mauricius Theodosium filium (6), quem supra Caesarem diximus, Romanorum Imperatorem facit.

588 Anno VII. Mauricii Imp. qui est Reccaredi III annus, Uldila (7) episcopus cum Gosvintha regina insidiantes Reccaredo manifestantur, et Fidei Catholicæ communionem, quam sub specie christiana quasi sumentes projiciunt, publicantur. Quod malum in cognitionem hominum deductum Uldila exilio condemnatur, Gosvintha vero catholicis semper infesta, vitæ tunc terminum dedit.

- (1) C. *qui*: los demas *et*.  
 (2) C. *idem*: los demas *ratione*.  
 (3) H. *seo*.  
 (4) C. *Suima*.  
 (5) H. *exulans mittitur*, C. *exul transmittitur*.  
 (6) C. *añade filium suum*.  
 (7) C. *Uldida*.



Años.

Francorum exercitus a Gonterano (1) rege transmissus Bosone duce, in Galliam Narbonensem obveniunt, et juxta Carcassonensem urbem castrametati sunt: cui Claudius Lusitanæ dux a Reccaredo rege directus obviam, inibi occurrit, cum quo congressione facta. Franci in fugam vertuntur; et direpta castra Francorum, et exercitus a Gothis caelitur. In hoc ergo certamine gratia divina, et fides Catholica, quam Reccaredus rex cum (2) Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur (3) operata. Quoniam (4) non est difficile Deo nostro si in paucis una in multis (5) detur victoria: nam Claudius dux vix (6) cum CCC viris, LX millia ferme Francorum noscitur infugasse, et maximam eorum partem gladio trucidasse. Non inmerito Deus laudatur temporibus nostris in hoc prælio esse operatus, quod similiter ante multa temporum spatia per manum ducis Gedeonis in trecentis viris (7) multa millia Madianitarum, Dei populo infestantium, noscitur extinxisse.

589 Anno IIX. Mauricii imp. qui est Reccaredi regis IV an. sancta Synodus episcoporum totius Hispaniæ, Galliæ, et Gallæciæ, in urbe Toletana præcepto principis Reccaredi congregatur, episcoporum numero LXII (8) in qua synodo intererat memoratus christianissimus Reccaredus, ordinem conversionis suæ, et omnium sacerdotum vegetis gothicæ confessionem tomo scriptam manu sua episcopis porrigens, et omnia quæ ad professionem fidei orthodoxæ pertinent, innotescenscujus tomi ordinem decrevit Sancta episcoporum Synodus canonicis applicare monumentis. Summa tamen synodalis negotii penes sanctum Lean-

- (1) Otros: *Gotheranno*.  
 (2) C. *cum Gotis*: otros *in*. V. tomo V, pág. 216.  
 (3) C. *Cognoscitur*.  
 (4) H. *Quemadmodum*.  
 (5) H. *sive in paucis, sive in multis detur*. Scal. *Si in paucis una in multis*, como en los tres manuscritos. El C. *parvis*. M. y el T. *paucis*.  
 (6) Así el C. y M.: falta *vix* en otros.  
 (7) Scal. MCCC. la M debe ser *in*.  
 (8) H. y Scal. LXXII. Basnage LXII. V. lo dicho sobre el concilio III de Toledo, pág. 145.

Años.

drum, Hispalensis ecclesiae episcopi et beatissimum Eutropium, monasteri, Servitani abbatem, fuit. Memoratus vero Reccaredus rex, ut diximus, sancto intererat concilio, renovans temporibus nostris antiquum principem Constantium Magnum sanctam synodum Nicænam sua illustrasse præsentia (1): necnon et Marcianum christianissimum imperatorem, cujus instantia Chalcedonensis Synodi decreta formata (2) sunt. Siquidem et in (3) Nicæna urbe hæresis ariana et initium sumpsit, et damnationem meruit, radicibus non amputatis. Chalcedone vero Nestorius et Eutiches (4), una cum Dioscoro, ipsorum patrono, et hæresibus propriis, condemnati sunt. In præsentibus vero Sancta Toletana Synodo Arii perfidia, post longas catholicorum neces, atque innocentium strages, ita radicitus amputata est, insistente principe memorato Reccaredo rege, ut ulterius non pullulet, catholica ubique pace data ecclesiis. Hæc ergo nefanda hæresis, secundum quod scriptum est: De domo Domini exiet tentatio, ab Alexandrina ecclesia, detegente S. Alexandro, ejusdem urbis episcopo per Arium presbyterum inolevit, qui in Nicæna Synodo CCCVIII episcoporum judicio (5), vigesimo imperii Constantini senioris anno, synodaliter damnationem cum proprio errore suscepit. Quæ post hæc non solum orientis et occidentis partem maculavit, sed et meridianam, et septentrionis plagam, et ipsas insulas, sua perfidia irretivit. A vigesimo ergo imperii (6) Constantini principis anno, quo tempore hæresis Ariana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii principis Romanorum, qui est Reccaredi quartus regni annus, anni sunt CCLXVI (7)

- (1) H. *potentia*. El C. y Scal. *presentia*.  
 (2) C. *firmata*.  
 (3) Falta *in* en H.  
 (4) M. y Scal. *Eutychius*.  
 (5) M. en lugar de *judicio* pone *Indictione XIII*.  
 (6) El C. *imperii*, falta en otros.  
 (7) C. anni *colxxx*. El T. *colxii*. H. y Scal. *colxvi*; parece debe decir *colxiv*, que es el espacio intermedio desde el año 325 del Nicæno, que el autor señala en el



Años.

quibus Ecclesia Catholica hujus hæresis infestatione laboravit: sed favente Domino (1) vicit, quoniam fundata est supra (2) petram.

In his ergo temporibus, quibus omnipotens Deus postrato veteris hæresis veneno pacem suam restituit Ecclesie, Imperator Persarum Christi suscepit fidem, et pacem cum Mauricio imperatore firmavit.

Reccaredo ergo orthodoxo quieta pace regnante domesticæ insidie prætentantur. Nam quidam ex cubiculo ejus, etiam provinciæ dux, nomine Argimundus, adversus Réccaredum regem tyrannidem assumere cupiens, ita ut si posset, eum et regno privaret, et vita: sed nefandi ejus consilii detecta machinatione comprehensus, et in vinculis ferreis redactus, habita discussione, socii ejus impiam machinationem confessi, condigna sunt ultione interfecti. Ipsi autem Argimundus, qui regnum assumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post hæc destra amputata, exemplum omnibus in Tolitana urbe, asino sedens, pompizando dedit; et docuit famulos dominis (3) non esse superbos.

Hasta aquí las ediciones del Biclarense; y los MSS. de Mariana y Perez. El Complutense añade inmediatamente este epílogo.

1 Colliguntur omnes anni ab Adam usque ad diluvium anni  $\text{II CXXII}$ .

A diluvio usque ad Abraham anni  $\text{DCCCCXII}$ . ( $\text{DCCCC}^{\circ}\text{XII}$ ) (a).

Ab Abraham vero usque ad Nativitatem Domini nostri Jesu Christi secundum carnem anni  $\text{II XV}$ .

Fiunt simul anni  $\text{V CLXIV}$ .

2 Porro a Nativitate Domini nostri Jesu Christi usque in annum VIII. Mauricii principis Romanorum anni  $\text{DLXII}$ . (b)  $\text{DLX}^{\circ}\text{II}$ .

Fiunt simul omnes anni ab Adam usque in annum VIII. Mauricii principis Romanorum, qui est IV. annus Reccaredi Gothorum regis,

año XX del imperio de Constantino, hasta el 589 del concilio III de Toledo.

(1) H. y Scal. *Deo*. El C. *Domino*.

(2) M. *super*.

(3) Así el C. = H. y Scal. *domini*.

in quo est era  $\text{DCXXX}$ . et a principio mundi anni  $\text{V DCCLXI}$ .

3 Usque  $\text{DCLIV}$ . vero eram, in qua Beatus Isidorus chronicam suam condidit, in quinto Eradii (*Heraclii*) imperatoris anno et quarto Sisebuti regis Gothorum, fiunt omnes ab initio anni  $\text{V DCCCXV}$ . ( $\text{V DCCC}^{\circ}\text{X}^{\circ}\text{V}$ ) (c). Deinde ergo usque his temporibus, in quo est era  $\text{DCCLXXX}$ . creverunt anni  $\text{CXXVI}$ . qui additi ad superiorem summam faciunt omnes annos ab Adam usque in præsentem eram, quæ est  $\text{DCCLXXX}$ .  $\text{V DCCCCXI}$ . Post hæc quippe supersunt usque ad finem sextæ hujus ætatis, vel introitus septimæ ætatis, in qua Domini in Majestate præstolatur adventus anni (*así acaba*).

## NOTA I SOBRE ESTE EPÍLOGO.

Todo lo incluido en los números 1 y 2 tengo por cierto que fué del Biclarense; porque como su intento fué continuar lo que hasta su tiempo restaba en las crónicas precedentes, es preciso confesar que así como los antecesores formaron epílogo de los tiempos que historiaron, no se descuidaría nuestro autor en guardar aquel método; y por tanto formaría también recopilación de los años hasta donde alcanzaba su escrito, que así en el texto como en el epílogo consta que fué el cuarto de Recaredo; y como no sólo concuerda uno con otro, sino que tenemos MS. que lo califique, no podemos dejar de reconocer por obra del Biclarense la referida recopilación; esto es, lo incluido en el número 1 y 2, porque desde el 3 no se le debe referir; á vista de que hablando en su proemio de los historiadores incluidos en el cuerpo de las crónicas, no menciona á San Isidoro, de quien habla el epílogo; y lo que antes no se nombra no debe entrar en la recopilación.

Teniendo, pues, allí otro continuador que escribió en la era 780, año de 742, á éste se le debe atribuir el enlace con el cricon de San Isidoro, y no sólo el mallatin de *usque his temporibus*, etc., sino las erratas que hay de algunos números, aunque en esto pueden haber influido otros copiantes, que es á lo que más me inclino.

## NOTA II SOBRE LOS NÚMEROS DEL EPÍLOGO.

Por las sumas declaradas en el mismo texto se conoce, no sólo que hay erratas, sino el modo de corregir algunas, v. gr., al fin del núm. 1 da la suma de 5169, la cual no resulta de las cantidades precedentes, si la de  $\text{DCCCCXII}$  no se hace  $\text{DCCCCXLII}$ . En esta conformidad sale puntual el número de 5169. Pero demas de



esto parece se debe añadir á la primera partida la misma L que falta en la segunda, porque á vista de los 2015 años que pone desde Abraham hasta Cristo, se infiere que el autor siguió la cronología de Eusebio, y como en éste y en San Jerónimo hay en las dos primeras épocas una L sobre el X, que falta aquí en ambas, debíamos añadirla en las dos partes, poniendo en la primera 2242 y en la segunda 942, como se ha corregido, en cuyo lance será la suma total, no 5199 como aquí se halla, sino 5166 como en San Jerónimo y en otros: en cuya conformidad se vió en el anónimo del apéndice VI que las dos primeras épocas tienen los mismos números de 2242 y 942, que debieran haberse puesto aquí; pero no ponemos más que la una corregida, por cuanto sólo así sale bien la suma en que acaba el núm. 1 de 5169, con la cual va prosiguiendo, por lo que no alteramos más que la una partida, denotada con la *a* marginal dando el valor de 40 al  $\text{X}^{\circ}$  con rasgo, pues aquella corrección sale del mismo texto, á vista de que sólo así consta la suma siguiente de 5169.

La segunda, notada con la *b*, es también indubitable que no puede ser 562, sino 592, como se convence por la era siguiente, 630, año de 592, y por la suma total de 5761, la cual resulta de los 5169 de arriba, y de estos 592 que se añaden ahora: y así, debe prevalecer la corrección segunda, aunque esta misma debía corregirse de nuevo, reduciendo los 592 años de la era 630, á 589 de la era 627, pues en ésta y no en la 630, se contaba el año cuarto de Recaredo, que concurrió también con el año 590, y así hay dos ó tres años de diferencia entre el año verdadero y el aquí propuesto. Pero no he querido alterar, porque conforme está la era sale bien la suma total siguiente, la cual no se debe atribuir al Biclarense en el modo que se halla, sino al continuador del siglo VIII, que añadió de suyo, no sólo lo siguiente desde el núm. 3, sino la expresión de que en el año IV de Recaredo corría la era 630, lo que no fué así, sino la 627 ó 628. Mas por no invertir el documento basta la prevención.

En el núm. 3 pone bien la era 654, año 616, aplicándola al año en que San Isidoro acabó su cricon; pero hizo mal en dar por suma total el año 5815 de la creación del mundo, porque este número se acerca al señalado por San Isidoro, mas no al sistema de este continuador, pues se diferencian en treinta años, dando el santo desde Adán al diluvio 2242, y el continuador solos 2212. Si igualamos á uno con otro en la primera partida, discrepan de ella todas las sumas de esta continuación, ménos la pre-

sente, que es primera del núm. 3, y no es razón alterar á todas por una, sino anteponer la uniformidad de la mayor parte, como se hace con la corrección del número 5815 en 5785, pues aunque aquél es el de San Isidoro, con sola una unidad de diferencia, no puede ser adoptado por el continuador, que no sigue la misma época, y que forma todas las demas sumas en suposición de que desde Adán al diluvio no hubo más que 2212 años.

Convénese que el número 5815 debe corregirse en 5785, porque sólo con éste sale bien lo que añade, diciendo que hasta sus días habían pasado desde San Isidoro 126 años, los cuales formaban el total de 5911, según concluye al fin; y como esto supone no el 5815, sino el 5785, que damos en la corrección notada con la *c* por las dos  $\text{X}^{\circ}\text{X}^{\circ}$ , que son 80, y no el de 5815.

## NOTAS SOBRE EL PRECEDENTE CRICON DEL BICLARENSE.

## NOTA I.

Dificultad de reducir los años de los reinados á los años vulgares. Método de que usó el Biclarense, y razón de los años marginales.

La cosa más notable y trascendental á todo el cricon es el orden de los años y modo de entenderlos: pues por falta de esta averiguación, y no haber dado el documento con años marginales comprobados, han variado y errado los modernos.

Lo 1.º que sobre esto debemos prevenir es que el Biclarense atendió á los años imperiales y no á los vulgares, como expresamente consta por su escrito, que no expresa más números que los imperiales y reales, diciendo: Año tantos de tal emperador ó tal rey. Estas épocas no tienen puntual reducción con los años vulgares, porque ninguno de los emperadores y reyes mencionados en el cricon empezó por Enero, sino antes ó despues: v. gr., Justiniano en 14 de Noviembre; Tiberio en 6 de Octubre; y Mauricio en 13 de Agosto. En fuerza de esto cada año del reinado participó de dos vulgares; y el que empieza señalando aquel que corresponde al principio de Justiniano, como empieza nuestro autor, es preciso que aneje su primer año al que corría cuando empezó á reinar, esto es, al que correspondió al día 14 de Noviembre y no al de los meses siguientes á Diciembre, no obstante que el primer año de aquel emperador abrazó más de diez meses de aquel año vulgar que se siguió al de su época; porque si el emperador empezó en 14 de Noviembre del 566, y el historiador analista pusie-